Iustinianus <Imperium Byzantinum, Imperator, I.>: Corpus Ivris Civilis Ivstinianei (Band 1): Tomus Hic Primus Digestum Vetus continet
Lyon, 1627 Seite 1351

vt *hic*, & *ſ. de act.empt.l.ratio.* §. *ſi per venditorem.* & *ſ. de re iud. l.ſi Kalend.* Secùs ſi adhibeatur mora ex parte actoris: quia purgatur mora: & ideo de interitu non tenetur: vt *ſ. de verb.oblig.l.ſi ſeruum.*§. *ſequitur.* Cæterum quantum ad cauſam, id eſt ad acceſſionem cùm re petita differunt [a] contractus bonæ fid. à contractibus ſtricti iuris. nam in bon.fid. contractibus fructus veniunt etiam à tempore moræ: vt *ſ. de vſur. l. videamus.* §. *ex cauſa.* & §. *ſi poſſeſſionem naturalem.* & §. *ante matrimonium.* & §. *item ſi diuidere.* & hoc eſt, quod aliquando dicitur tempus rei iud. ſpectandum in bon.fid. iud. vt *ſ. commod. l. ſed mihi.*§. *in hac.* id eſt tempus, quo potuit, & debuit iudicari. Item in bonæ fi. contract. veniunt vſuræ à tempore moræ: vt *ſ. de vſur. l. mora.*§. *in bon.fid.* Sed in ſtricti iuris iud. à tempore lit. contest. tantum veniũt fructus: vt *infr. de vſur. l. videamus.*§. *ſi actionẽ.* Et hoc ſi peto quod meum non fuit. Sed ſi petam quod meum fuit, etiã à tempore moræ: fiet reſtitutio fructuum: vt *ſ. de vſur. l. videamus.* vſque ad illum §. *ſi actionem.* vſuræ etiam à tempore litis cõteſt. nõ veniunt: vt *C. de condict. indeb. l.j.* licèt quidam contradicant: vt R. *arg. eius, quod legitur ſ. de vſur. l. in fideicommiſſi.*§. *in his.* & *l. lite.* Sed intelligas in acceſſione naturali, & illam *l. lite*, intellige in bo.fid. contractibus. Sed qui aliam tenẽt, poſſent reſpondere ad legem *C. de condict. indeb.* quia condictione indebiti non tenetur quis, niſi in quantum eſt locupletior: vt *ſ. de condict. indeb. l. ſi non ſortem.*§. *libertus.*

[a] Bonæ fidei, & cõtractuum ſtricti iuris differentiæ.

IV. GAIVS *libro nono ad Edictum prouinciale,*

SI merx aliqua [a], quæ certo die dari [α] debebat, petita ſit, veluti vinum, oleum, frumentum: tanti [b] litem æſtimandam Caſſius ait, quanti [c] fuiſſet eo die, quo dari debuit [d]. ſi de die nihil cõuenit: quanti tunc, cùm iudicium acciperetur [e]. Idémque iuris in loco eſſe, vt primùm æſtimatio ſumatur eius loci, quo dari debuit. ſi de loco nihil conuenit: is locus ſpectetur, quo pereteretur [f]. quod & de cæteris rebus β iuris eſt.

DE EO, QVOD certo loco dari oportet.

TITVLVS IV.

Iungitur condicioni arbitraria, alia condictio arbitraria ex mutuo etiam, vel ex ſtipulatione, vel ex teſtamento, vel ex conſtituto: qua ſcilicet quod certo loco dari debuit, alio loco petitur facta commemoratione eius loci, quo dari debuit. In hanc cadit pecunia numerata, qua non cadit in triticariam: quia in triticaria æſtimatur, quanti interſit eo die, vel loco quo dari debuit. In hac verò æſtimatur quanti interſit eo die, vel loco dari, quo debuit: & cadit etiam in nummos id, quod intereſt. CVIAC.

Qui promiſit dare certo loco: ſi in eo non reperiatur, poteſt vbique conueniri. BART.

[b] Quantitatis appellatione vinum, oleum, frumẽtum cõprehendi hic notat Accurſ. quod Zaſius 1. *Reſp.*1. *num.* 2. non admittit. Hæc enim res, non quãtitates eſſe, ſed fungibiles: nam niſi vinum quantitas eſſet, non pretium: ſed tantundẽ vini eo conſumpto condiceretur: quod tamẽ nõ fit. *l. in ſumma* 65. §. *in frumento. ſupra de condict.indeb. in vulg.ed. eſt lex.* Si res.

a ¶ *Si merx aliqua.* hîc de quantitatis [b] æſtimatione agitur. Sed obſtat primùm, ſi dies ſit adiecta, aut locus. *l.cum quis.*21. *ſ. de obligat. & act.* Vide ſolutionem in notatis ad d. *l. cum quis.* & ſcripta ad *d. l.* 59. Sed quid ſi purè ſtipulatus quis ſit vinum, aut frumentum? Hæc in re pugnat. *l. vinum.* §. *de reb. cred. ſi certum pet.* & hæc lex cum l. prox. ſup. h. tit. Illæ ſpectant æſtimationem temporis, quo agitur, & lis conteſtatur. Lex proxima eius, quo res iudicatur. Vtræque ſunt de iudiciis ſtrictis. In iudiciis bonæ fidei certum eſt ſpectari tempus rei iudicatæ. *l.* 3. §. *in hac cemmod.* Sed adde exceptiones, niſi venditor fecerit moram in tradendo vino, aut emptor in accipiendo: ob moram enim ſpectatur tempus, quo res plurimi fuit; aut niſi fideiuſſor qui pro re hominem ſoluit, agat mandati. nam & fideiuſſor conſequitur, quanti fuit homo, cùm ſoluit. *l.*3. §. *vlt. de act. empt. & l. hominem.* §. *mandari.* In ſtrictis iudiciis ſpectatur tempus litis conteſtatæ. Sed eadem addenda eſt exceptio, quæ ſuprà: niſi ante litem conteſtatam debitor moram fecerit: quo caſu ſpectamus tempus, quo plurimi res fuit, quo fecit moram, vel quo res iudicatur. Et ſic accipe *l. prox. ſuprà.* Nam ſpeciem ponit in fi. quæ pertinet ad totam legem. Idem confirmat l. 8. §. *j. & l. ex argento.* §. *de condict. furtiua.* & *l. penult. rerum amot.* Eæ ſunt de condictione furtiua, quæ datur in furem, qui ſemper moram fecit: & ideo dicitur æſtimari quanti res plurimi fuit. Sed illis obſtat *l.* 2. §. *quæſitum. ſ. de priuat. delictis.* Vide ſolutionem notatam ad *d. l.* 8. §. 1. §. *de condict. furt.* De nummis creditis quæritur, de quo nihil in noſtro iure. Sed Pap. *lib.*15. *tit.*5. S.C. cautum tefert, vt aureis creditis aurei redditi ſint. denarij denariis accreuerint, ſiue decreuerint argumento *l.* 99. *ſ. de ſolutionibus.* niſi in credendo ſint æſtimati. CVIAC.

b ¶ *Tanti.* id eſt in tantum.

c ¶ *Quanti.* id eſt in quantum.

d ¶ *Debuit.* ſic & *ſ. vi bon.rapt. l. prator.* §. *hic autem.* & *ſ. quod vi aut clam. l. ſi quis in puteum.* §. *quod ait.* & *ſ. de noua. l. ſupdum Cor.* & *ſ. de iur. fiſ. l. iij.* §. *diui fratres.* & §. *ſi cert. pet. l. vinum.* & *ſ. de aur. & ar. leg. l. cum certum.* & §. *de ſer. cor. l. doli.* §. *fin.*

e ¶ *Acciperetur.* i. cum lis conteſtaretur. & hoc ſi ante non erat in mora. aliàs etiam priùs: vt §. *ſi cert. pet. l. vinum:* quæ eſt contrà.

f ¶ *Peteretur.* id eſt peti deberet.

I. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

ALIO * loco, quàm in quem [g] ſibi dari quiſque ſtipulatus eſſet, non videbatur [h] agendi facultas competere. Sed quia iniquum erat, ſi promiſſor ad eum locum, in quem daturum ſe promiſiſſet, nunquam accederet, quòd vel data opera faceret, vel quia aliis locis neceſſariò diſtringeretur, nõ poſſe ſtipulatorem ad ſuum [i] peruenire: ideo viſum eſt vtilem [k] actionem in eam rem comparare.

In actione arbitraria propter locum habetur ratio intereſſe actoris, & rei. BART.

II. VLPIANVS *libro vicenſimo-ſeptimo ad Edictum.*

ARbitraria actio vtriuſque [l] vtilitatem continet, tam actoris, quàm rei. quòd ſi rei intereſt, minoris ſit pecuniæ condemnatio, quàm intentatum eſt. aut ſi actoris, maioris pecuniæ fiat.

Actio ratione loci tunc dicitur arbitraria, quando eſt ſtricti iuris: vt cùm oritur ex ſtipulatione. PAVL.

I. Hæc autẽ actio [m] ex illa ſtipulatione [n] venit, vbi ſtipulatus ſum à te, Epheſi decem dari [o].

β ¶ *Quod & de cæteris rebus.* i. de corporibus: vt homine, equo. CVIAC.

DE EO, QVOD certo loco dari oportet.

Quia nonnunquam ſit varia æſtimatio rei propter locorũ diuerſitatem, de qua §. *locutus eſt: ideo incidenter hîc tit. ponit. Vel aliter: quoniam arbitraria actio extra natnram aliarum actionum ſtricti iuris proponitur: ſicut ſuperiores conditiones: ideo ſequitur de ea videre: & quia ipſa naſcitur ex ea obligatione, qua ſic contracta eſt, vt quid certo loco detur: ideo ponit de eo, quod certo loco, &c.* ACCVRS.

g ¶ *Alio.] In quem.* Sed an in eo poteſt? Reſpon. ſic. cum ibi [a] contraxiſſe videatur: vt *ſ. de act. & obli. l. contraxiſſe.* Sed non antequam [b] poſſit ad locum peruenire: vt *ſ. de verb. oblig. l. continuus.* §. *cum ita.*

h ¶ *Non videbatur.* quia ſicut iſte non cogebatur in alio loco accipere: vt *ſ. eo. l. ii, qui ita.* nec ille videbatur cogendus in alio loco [c] dare. Erat & alia ratio: quia hoc ipſo quod ſibi reſeruauerat electionem & poteſtatem agendi in certo loco, & ſoluendi, videbatur in cæteris præiudicaſſe ſibi: vt *argum. ſ. de fun. inſtr. l. quæſitum.* §. *idem reſp. domo inſtructa.* & *C. de pact. comuen. l. fin.* §. & *ſiquidem.* Sed non eſt ita: quia ex tali interpretatione fieret inutilis ſtipulatio: quod eſſe non debet: vt *infrà de verb. oblig. l. Titia.* §. *idem reſpon.* Azo.

i ¶ *Ad ſuum.* id eſt [d] ſibi debitum: ſic §. *ſi cert. pet. l. ſi & me.*

k ¶ *Vtilem.* id eſt efficacem. ¶ Et ſic not. quòd auferenda eſt occaſio delinquendi: vt *C. de indict. vidu. tol. l. j. in fin.* ¶ Item not. arg. ad malta: quia conſulendum eſt petenti ſuum, & ſibi debitum. ¶ Sed nunquid vbique poterit conueniri: vbi non habeat forum? Quidam dicunt quòd ſic: vt §. *de iudic. l. eum, qui.* & *ſ. tit. j. l. ſi duo.* §. *j.* Sed tu dic contrà: vt §. *de iudic. l. heres abſens.* §. *fin.* & quod dictis ll. dicitur, loco quolibet, ſubaudi idoneo: ſic *ſ. de mu, & ho. l. vt gradatim.* §. *j.* ACCVRS.

l ¶ *Arbitraria actio vtriuſque.* alio, & alio caſu, ſecundùm IR. & PLA. imò etiam in vno, eodémque caſu, ſecundùm Io. vt ſi actoris intereſt ideò quia ſub pœna in loco deſtinato promiſerat: vt *ſ. ea. l.* §. *pen.* & rei: quia eſt minoris pretij ibi vbi quid promiſit, quàm vbi conuenitur. Si ergo plus actoris, quàm rei intereſt, in ſuperfluum tantùm ſit condemnatio: verbi gratia: ſors eſt c. intereſſe actoris x. & intereſſe rei in v. ergo condemnabitur in c. & v. actoris tamen dico rationem habendam ita demum, ſi culpa, vel mora reo poſſit imputari [e]. alioquin cur puniretur reus: ſed rei ratio haberetur ſemper: quia aufertur ei locus, quem habuit ex pacto: vt *ſ. eo. l. quòd ſi.* §. *j.* Sed quid ſi intereſt rei, ibi conueniri, vbi promiſit in totum: quia ibi conuentus haberet in integr. reſtit. iure Ro. hîc vbi conuenitur [f] non habet iure Longobardo: vt quia maior eſt xviij. ann. & minor xxv.? Reſp. videtur habere locum: quia quod nihil eſt, id minus eſt: vt *hic, & infrà de tributo. l. illud.* §. *j.* Puto tamen contrà: quia hoc ratione perſonæ habet: ſed hic tit. loquitur quando [g] ratione rei intereſt ſua ibi conueniri: vt *ſ. eod. l. ideo. & Inſtit. de actionibus.* §. *loco plus.*

m ¶ *Hæc autem actio.* ſcilicet certi condictio, quæ dicitur arbitraria. ¶ Sed nunquid [h] ſit proprium nomen actionis? Reſpond. vt diximus *ſ. eod. l. in bona fidei.*

n ¶ *Stipulatione.* ſed non ſolùm ex ea: vt *ſ. eod. l. ſi heres. & l. aut ſi mutua.* Azo.

o ¶ *Dari.* q. d. quando ſtipulatus ſum in certo loco. ACCVRS.

a ¶ *Expe*

* Vtilẽ actionem hãc arbitrariam Caius vocat, quòd à prætore propoſita ſit adiuuandi iuris ciuilis gratia, ex quo non, niſi in loco, in quo promiſſum ſit, dari oportuit. *l.* 2. *&* §. *plus autem. Inſtit. de act.* vide Theop.

a Præſumitur ſolutio eo loco facienda, vbi cõtractum eſt. Itaque ſolui ibi quis petere poteſt, vbi cõtraxit, niſi ſolutio in alium locum reſtituenda ſit.

b Tempus tacitè ineſt obligationi.

c Hoc verum niſi offeratur damnũ, & intereſſe in alio loco: quia tunc cõpellitur recipere ſolutionem. *l. qui Roma. cum ibi no. ſ. de verb. oblig.*

d Suum, pro ſibi debito.

e Et non actori: quia iuit ad locum: vel mi- fit aliquem ad recipiendum, *ſecundum P.*

f Cõtra Gloſſ. tenẽt B.B. Ful. & Ias. *per text. l. in ſtipulationibus. ſ. de re iudic.*

g Iſta ratio nõ eſt bona, *ſecundum Bart.*

h Arbitraria actio, ad id, quod certo loco dari placuit, pertinens vtrùm ſit nomen proprium actionis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd1/0745